

Privilegio di Carlo II d'Angiò

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Privilegio di Carlo II d'Angiò

1302-11-19

Carolus secundus Dei Gratia rex Hierusalem et Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, Provincie, et Forcalquerii Comes, Roberto Primogenito suo Carissimo Duce Calabrie, ac eius in toto Regno Sicilie Vicario Generalis paterne benedictionis plenitudine, et salutem.

Henricus de Sinopolo miles familiaris et dilectus nostro sua nobis expositione conqueritur, quod infra tempus guerre preterite nonnulla tam de feudalibus, quam de aliis bonis suis que in partibus Vallis Cratis et Calabrie tenuit tempore note guerre multa nunc invenit alienata, occupata illicita, seu subtracta quorum possessione se comperit iniuste privatum, circa quod nostra provisione petita tue filiationi mandamus ut ad recuperationis alienatorum, et occupatorum huiusmodi que idem Henricum possedit, et tenuit tempore note guerre predicta, dummodo per eum alienata licite fuisse non liqueat summarie de plano, et sine iudicii strepitu procedi mandas, et facias prout decet. Volumus insuper, et mandamus ut dictum Henricum, vel suum nuncium pro eodem in corporalem possessionem terrarum, et bonorum illorum que ei infra tempus dicte guerre in provincia ipsa donavimus, et non dum exititit assequutum. De quorum donatione nostra per privilegium vel idoneas litteras tibi constet, induci, mandes, et facias ei que ad honorum, et fidelitate nostra de consuetis, et debitis responderi iuribus Curie Nostre, et cuiuslibet alterius semper salvis.

Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua milites Loghoteta, et Prothonotarium Regni Sicilie. Anno Domini millesimo trecentesimo secundo, die nono novembris, prime indictionis. Anno regnorum nostrorum decimo octavo